

.xlvi. OMELIA IN NATALE SANCTI PETRI APOSTOLI .

DE sancto petro apostolo . primo et principe apostolorum . ho-  
die nos oportet loqui fratres karissimi et recitare nec  
non et predicare . quia quondam piscator et retifer pro pe  
nuria conditionis sue et necessitatis fuerat . Nunc autem  
regni caelestis clauicularius est et hominum pisca  
tor . sicut in electione eius siue uocatione et ceterorum  
dicitur . Uenite post me . et faciam uos fieri pescatores  
hominum . Quoniam sicut pisces ex profundo aquarum per hamum<sup>1</sup> et  
retia trahuntur a terram<sup>2</sup> et in usum hominum postea haben-  
tur . Ita christus per potentiam maiestatis suę et apostolorum  
predicationem homines qui in mundo sunt ex profundo ;  
/102v/ Id est de ore leonis et de potestate diaboli et ex gentilitatis er-  
rore extraxit . atque secum deduxit ad caelestia regna . sicut  
ante passionem domini legimus . Hos duodecim mississe iesus predica  
re in mundo . Et post resurrectionem eius ex mortuis iterum  
dixisse eis . Ite in uniuersum mundum et predicate euangelium  
omni creature ; Id est omni homini in quo consistunt qua  
tuor<sup>3</sup> elementa mundi . Quorum quidem ut diximus petrus iste  
cuius hodie solemnitatem gerimus primus et princeps erat . quoniam  
nemo in fide et dilectione christi precellerat illum . sed ipse omnes  
anteibat . [.iii.] Et ideo in resurrectione christi extra numerum  
et ordinem discipulorum . Ab ipso domino et angelis eius reputatur et dicitur .  
Ite et annuntiate discipulis eius et petro . quia resurrexit et prece-  
det uos in galileam . et ibi eum uidebitis sicut dixit uobis . Quis autem  
maior esset illo cui a christo dicitur . quando interrogabat disci-  
pulos suos de semetipso dicens . Quem dicunt homines esse filium

<sup>1</sup> hamum] corr. from namum(?) by later scribe

<sup>2</sup> letter erased between a and terram

<sup>3</sup> qua-tuor] corr. from quat-tuor

hominis? At illi<sup>4</sup> dixerunt . Alíí<sup>5</sup> iohannem baptistam . Alíí autem haeliam . Alíí uero hierimiam . aut unum ex prophetis . Dixit illis iesus . Uos autem quem me esse dicitis? Respondens simon petrus dixit . Tu es christus filius dei uíuí . Respondens autem iesus dixit ei . Beatus es simon bariona . quia caro et sanguis non reue lauit tibi sed pater meus qui est in cēlis . Et ego dico tibi . quia tu es petrus et super hanc petram aedificabo aecclesiam meam . et portę inferi non preualebunt aduersus eam . et tibi dabo claves regni cēlorum . Et quecumque ligaueris super terram . erunt ligata et in caelis . Et quecumque solueris super terram . erunt soluta et ín cēlis . Consideremus ergo fratres karissimi quam beatus est ille homo et felix cui hoc a domino pre omnibus dicitur . Quodcumque damnaue ris erit damnatum . et quodcumque liberaueris . erit saluatum .

/103r/ Ać sí dixisset ei iesus . Tu es primus apostolorum . tu congregabis ecclesiam meam super terram . Id est congregationem iustorum . et eris per me funda mentum eius . et complebis eam ín nomine meo . et porte inferi non preualebunt aduersus eam . Id est íudei et heretici . quoniam híí sunt portę inferi . per quos íntratur ín profundum inferni . et tibi dabo claves regni cēlorum . Id est tibi dabo potestatem ín caelo et ín terra . et committo tibi aperire thesauros sapientię et scientię per me nunc usque a seculis absconditos . Quoniam sicut aperitur clausa et con signata domus clae . [.vi.] Ita potestate orationis et predicationis tue ante omnes homines ín nomine meo credentes aperies regna cēlorum . Et quoscumque satanas alligauerat ignoran tia aut errore siue per primi hominis preuaricationem . apostolica potestate quam a me accepisti solues et sanabis . et ín cēlum erunt soluti et sani . Ipse est igitur petrus comes et conscius . domini ín mari et ín terra . et cum eo ambulauit super mare . Ipse est pastor gregis dominici . et confirmator fratrem suorum . sicut saluator ad eum dicit . Simon iohannis diligis me plus his?

---

<sup>4</sup> later i added in pencil

<sup>5</sup> Alíí] corr. from Aliud

Et dicit ei . Domine tu scis . quia amo te . Et dixit ei . Pasce agnos meos .  
Id est christianos . Et iterum . Ecce satanas expetiuít uos ut cri  
braret sicut triticum . Et ego rogaui pro te ut non deficiat  
fides tua . et tu aliquando conuersus confirma fratres tuos .

Et iterum . [.vii.] Assumpsit eum iesus cum iacobo et iohanne in mon  
tem seorsum . ut audirent uocem patris de nube testimonium  
de filio perhibentis . tu es filius meus dilectus . in quo bene con  
placui . ipsum audite . Petrus autem dilectatus in uisione  
domini et splendore diuinę glorię . quibus clarificatus est iesus coram  
ipsis in monte . suprāmodum satiatus dicebat . Domine bonum est  
nos hic esse id est semper tecum habitare . et numquam terrena  
/103v/ uidere . et facere hic tria tabernacula . tibi unum . moysi  
unum . et he.lię unum . Considerate ergo fratres si hoc tantum petro  
sufficiebat ad caelestę gloriam . omne seculum . et ea que in ipso  
sunt . nusquam postea uidere . Quid dicemus de futuro seculo  
[.viii.] Ubi facie ad faciem dominum uidebimus in diuinitate . et erimus  
semper cum illo in cęlesti gloria ; sed dominus noluit tunc semper esse  
in monte . quoniam descenderat de cęlo non ut faceret uolunta  
tem suam . sed uoluntatem patris qui misit illum . Et uenit in mun  
dum non ut iudicaret eum . sed ut saluaretur . mundus per ipsum .  
Veniente igitur eo de monte . obtulerunt ei paraliticum . et sana  
uit eum . Et dixit petro . Vides petre . si essemus ut dixisti semper  
in monte : Id est si ad cęlum ante tempus crucis et passionis  
et resurrectionis ut uoluisti ascenderemus . non utique cura  
retur infirmus . id est non saluaretur genus humanum .  
quod per me saluandum est in cruce . Et tu petre . quomodo sal  
uareris : quia te post trinae negationis culpam ego per  
misericordiam destinaueram saluari et clarificari per crucem .  
Sed haec omnia tibi acciderunt petre . mei causa . quia tu plus  
alíis me dilexisti . Si enim fuisses cum ceteris apostolis . hoc tibi non  
accedisset plusquam illis . Et ideo ut nebulam deleo iniquita

tem tuam . et peccatum tuum non memorabor amplius . et non solum  
hoc . sed ponam te primum et principem omnium apostolorum . Quoniam hoc  
ipsum quod me negasti non pro gulae concupiscentia et pecu  
niae thesauris sicut iudas scarioth . sed ex magnitudine  
mei amoris tibi accidit . Ed ideo non solum ut iam dixi non me  
memorabor iniquitatem tuam . sed in omnem terram ut scriptum est  
de te et de similibus tuis exibit sonus tuus . et in fines orbis terre  
uerba tua abibunt . et accipies spiritum paraclitum ueritatis .

/104r/ quem mittet tibi pater meus et fratribus tuis in nomine meo . Et eritis  
mihi testes fideles in hierusalem et in omni iudea et samaria . et  
usque ad ultimum terrae . Et non solum hoc fiet uobis . sed etiam caecos  
inluminabis . mortuos suscitabis . infirmos<sup>6</sup> curabis . Leprosos  
mundabis . claudis pedes restitues . demones eicies . et si in um-  
bra tua adumbrauerit aliquis infirmus . sanus erit ab omni  
languore a quocumque tenebitur dolore . et in te compleo promis  
sionem meam quam promisi quando uobiscum in corpore eram coram  
iudeis signa et mirabilia faciens . Et dixi . Amen dico uobis .  
si quis crederit in me . non solum hęc sed maiora horum faciet .  
et eris tu super claves regni caelorum . Quoniam scio quod omnes reos .  
et criminosos . et peccatores . et scelestos . et gentiles . et non  
credentes auctori salutis aeternę . et adulteros . et fornicato  
res . et periuros . et peccata non poenitentes . et ceteros his similes  
alligabis et conculcabis . et erunt ligata et in celis . Et iterum  
scio . Omnes iustos . et poenitentiam agere uolentes . miseri  
cordes . modestos . humiles . patientes . hospitalitatem sec  
tantes . Sobrios . castos . et pios . et ab omnibus se malis continen  
tes . per te esse saluandos . Et erunt hi in celis soluti et sanati . et tu  
illorum eris dux in regno caelorum et princeps . Ac si hoc illi dixis  
-set . Quantoscumque enim in hac uita positos conuerteris ad sa  
lutem . super tantos principatum accipies in futurum . et sedebis

---

<sup>6</sup> infirmos] corr. from imfirmos

super sedes duodecim . Iudicans duodecim tribus israel sicut de te  
et similibus tuis dictum est . Et haec tibi dabo quoniam me dilexisti  
multum . et in me fidem tenuisti nimium . Et ideo in caput et uer-  
ticem omnium sanctorum exaltabo te . et non solum hoc . sed etiam omnium  
gentium et iudeorum pastorem te esse faciam . Et ideo nomen firmis-  
simae petre imposui tibi quoniam tu eris ut dixi fundamentum  
/104v/ et stabilimentum aecclesiæ meæ quam per te congregabo . Cuius ego sum  
caput et plenitudo<sup>7</sup> . et uos et similes uestri membra mea .  
ut ubi ego sum . et uos sitis . Haec et his similia de sancto petro  
apostolo dixisse sufficient . Sed uideamus nunc . quid aut quomodo  
predicauit iste beatissimus petrus . In quo erat spiritus sanctus quem ab omni  
potenti deo per christum acceperat . Ait enim . Castigate fratres karissimi  
animas uestras ad obediendum deo in ueritate . et in fraternitate  
simpli ex corde puro uos in inuicem diligite . Quoniam omnis caro  
sicut fenum aruit . et omnis gloria eius sicut flos foeni decidit ; verbum  
autem deum manet in aeternum . Et iterum dicit . Karissimi . Obsecro uos  
tamquam aduenos et peregrinos . abstinete uos a carnalibus  
desideriis que militant aduersus animam . Conuersationem  
uestram inter gentes habentes bonam . et omni humanæ creaturæ  
subiecti estote . propter deum . Siue regi . quasi precellenti . Siue ducibus .  
tamquam ab eo missis<sup>8</sup> ad uindictam malefactorum laudem uero bonorum .  
Et iterum . Omnes honorate . fraternitatem diligite . Deum timete .  
regem honorificate . Serui subditi estote . in omni timore  
domini . Non tantum bonis et modestis . sed etiam discolis .  
Id est in disciplinatis . Haec est enim gratia apud deum . In hoc enim  
uocati sumus . quia christus pro nobis passus est relinquens nobis  
exempla . ut sequamur uestigia eius . Qui peccatum non fecit .  
nec dolus inuentus est . in ore eius . Qui cum malediceretur . non  
maledicebat . Cum pateretur non comminabatur . sed in humi-  
litate omnia sustinebat . Et iterum dicit . Omnes unanimes in

<sup>7</sup> Four letters erased after plenitudo.

<sup>8</sup> missis] corr. from misis by a later scribe

oratione estote . fratnritatis amatores . misericordes . modesti . humiles . Non reddentes malum pro malo . uel male-dictum pro maledicto . Sed e contrario benedicentes . quia in hoc uocati sum . ut benedictionem hereditate possideamus .

/105r/ Qui enim uult uitam suam diligere et uidere dies bonos . coherceat linguam suam a malo . et labia eius ne loquantur dolum . Declinet autem a malo . et faciat bonum . Inquirat pacem . et persequatur eam . Quia oculi domini super iustos . et aures eius in preces eorum . Et iterum dicit . Cum autem apparuerit princeps pastorum . Id est mundi saluator . accipietis uos floridam cœlestis glorię coronam . Et ideo subiecti estote . senioribus uestris . Omnes . enim in inuicem . quietam humilitatem induere debetis . Quia deus superbus resistit . humiliibus autem dat gratiam . Humiliamini ergo sub potentissima manu dei . ut uos exaltet in tempore uisitationis sue . Omnem sollicitudinem uestram proicite super eum : quoniam ipse curat de omnibus . Sobrium estote et uigilate . excitamini et expurgescimini . quoniam diabolus . aduersarius uester sicut leo rugiens circuit querens quem deuoret . Cui resistere debemus fortes in fide . ut uincamus eum . Et iterum dicit . karissimi . Estote prudentes . et uigilate in orationibus . ante omnia autem mutuam in uobis met ipsis caritatem continuam habentes . quia caritas opererit multitudinem peccatorum . Hospitales inuicem . sine murmuratione . Si quis loquitur . quasi sermones dei . Si quis ministrat . tamquam ex uirtute quam amministrat deus . ut in omnibus honorificetur deus . per iesum christum dominum nostrum . Haec et multa his similia predicauit beatus petrus apostolis . post passionem et ascensionem domini nostri iesu christi saluatoris mundi in multis regionibus et partibus terrae . qui postea quidem passus est in rome tertio die kalendarum iulii . sub nerone imperatore urbis rome trigessimo septimo anno post passionem domini in hierusalem . sub pontio pilato et tiberio inperatore . Factum est autem dum duceretur idem petrus apostolus ad crucem .

Repletus est gaudio magno et dicebat . Non sum dignus ita esse  
/105v/ in cruce sicut dominus meus . qui de spiritu sancto conceptus est . Me autem ex li-  
mo terrę ipse formauit . Ita ergo crux mea et caput meum in terris  
debet ostendere . At illi statim uerterunt crucem . et pedes eius  
sursum configurerunt . Manus uero deorsum . et dum esset  
petrus in cruce . uenit ad eum turba multa maledicens cesa-  
rem . et fecerunt planctum magnum propter eum ante crucem .  
Petrus uero exortabat eos suave de cruce dicens . Nolite fle-  
re sed gaudete mecum . Quia ego hodie uado parare uobis locum  
in regnum caelorum . Et cum hoc dixisset ait . Gratias tibi ago iesu  
christe pastor bone . quia oues quos tradidisti mihi compatiuntur  
mecum hodie . Ač sí dixisset . Qui sunt quidem numero non centi  
septuaginta octo . peto namque ut participantur mecum de-  
gratia tua in sempiterno seculo . ut simul regnemus simulque gau-  
deamus in regnis caelestibus . Te donante iesu christe . qui cum  
patre et spiritu sancto uiuis et regnas deus . per omnia secula seculorum . AmeN .